Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Et me scitis & unde sum sitis: & a me ipso n̄ uenio. sz
est uer⁹ qui misit me: quē uos nescitis. Ego scio eū.
quia ab ipso sum: & ipse misit me. Querebant g̊ e
um apprehendere. & nemo in illum misit man⁹. quia n̄
dum ueniat hora ei⁹. De turba aūt multi crediderunt
Hec dicit dn̄s ds̄. Fria. iiii. Czechiet. pphe. In eum.
Sanctificabo nom̄ meū magnū: ut sciant gentes
quia ego dn̄s cum sc̄ificat⁹ fuero in uobis. coram eis;
Tollam quippe uos de gn̄tibz & ꝯgregabo uos de uniu
sis t̄ris: & adducam uos in t̄ram ur̄am. & effundam sup
uos aquā mundam & mundabimini ab om̄ibz inq
nam̄tis ur̄is. & ab om̄ibz ydolis ur̄is mundabo uos.
& dabo uob̄ cor nouū. & sp̄m nouū ponā in medio ur̄i. &
auferam cor lapideum de carne ur̄a & dabo uob̄ cor car
neū. & sp̄m meū ponā in medio ur̄i. Et habitabitis in
t̄ra. quā dedi patribz ur̄is. & eritis m̄ in ꝑplm̄ & ego ero
uob̄ in dm̄. Dicit dominus omp̄s. At Czechiet. pphe.
Hec dicit dn̄s ds̄. Lauamini mundi estote. Auferte
malum cogitacionū ur̄ar̄ ab oculis meis: quiescite
age ꝑuerse. discite bn̄facere: querite iudiciū. subuenite
oppresso. iudicate pupillo: defendite iuduā: & uenite ar
guite me dicit dn̄s. Si fuerint peccata ur̄a ut coccinū. q̄
si nix dealbabunt⁹: & si fuerint rubra quasi uermiculus. ut
lana alba erunt. Si uolueritis. & audieritis: bona t̄re co
medetis. Dicit dominus omnip̄s. Secdm̄ Johannem.
In illo t. P̄ t̄iens ihs̄ uidit hominē cecū a natiuitate.
Et interrogauerunt eū discipuli ei⁹. Rabbi. q̄s peccauit hic.
aut parentes eius: ut cec⁹ nasceretur. Respondit ihs̄. Neq;

190